



RECTOR ACADEMIÆ MAGNIFICE,  
 Patres Utriusque Reipublicæ Amplissimi,  
 Vos & reliqui Exequiatores omnium ordinum  
 honoratissimi;  
 Tuque & natalium splendore, & virtutum  
 laude nobilissimarum Matronarum & Fœmina-  
 rum venerabilis concio.



**N**on decere medicum juvenem mori,  
 haud infulsè dicitur. Qui enim infir-  
 mam in aliis valetudinem restituere; in-  
 tegram contra morborum insultus con-  
 servare fatagit, artificii in se ipso certissi-  
 mum dabit experimentum. Adeoque ætas, ad vege-  
 tam usque senectutem provecta, non exiguum me-  
 dico ornamentum, & haud fallax artis prudenter ex-  
 exercitæ testimonium suggerit. Tanta quondam apud  
 Lacedæmonios senectutis valebat veneratio, ut  
 grande nefas, & morte piandum crederent, si juvenis  
 vetulo non assurrexerat, etsi plura domi farra, & plu-  
 res numeraret acervos. Major fanè ex canitie medico  
 autoritas accedit. Quamobrem ipsi etiam callentissi-  
 mi artis medendi magistri Hippocratem suum senis  
 elogio, tanquam illustri illius Coi merita decente ti-  
 tulo condecorare assolent. Qvis igitur vitio nobis ver-  
 tat, si Magnifico WELSCHIO justa exsoluturi, venera-  
 bilem ejus senectam in laudis materiam vertimus?  
 Quippe cum Professorum in hac Academia Senio-  
 rium Ordinis Gratosissimi Decanum perpetuum, & Urbis  
 hujus per plura lustra experientissimum Physicum,  
 (ut alia munera nunc fileam) conditorio suo intuli-  
 mus senem, longam in Academiam, Urbem, cives me-

N

rito-